

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Erectione, Qualitatibvs Ad Ea
Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

57. A quo Prælato hæc licentia concedenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74477)

Queres 57. A quo Prælato hac licentia concedenda est?

Respondeo: probabilius sufficere licentiam Prælati, cuius tunc est ille religiosus, nisi obster speciale statutum vel privilegium (sicut in Societate Jesu licentiam ad Prælaturam nullus concedere potest præter Generalem illius) Sanch. n. 65. citans plures alios. Castrop. n. 19. contra Franc. Calder. &c. dicentes, necessarium licentiam illam concedi à Prælato, in cujus manibus religiosus ille emisit professionem.

Queres 58. Quid si Prælatus neget licentiam?

Respondeo: si injuste id faciat, compellendum à suo Superiori; tunc autem injuste eam censetur negare, ubi non solum utilitas, sed & necessitas Ecclesiæ urget. Gl. in c. quam fit. 18. q. 2. V. ad ordinandum. Anch. ad c. si religiosus. de elect. in 6. nu. 4. Gamb. de auctör. Legati à laterel. 8. c. ultimo. nu. 23. quos citat & sequitur Castrop. loc. cit. n. 20. quamvis enim utilitas Ecclesiæ, ad quam promovendus, sit causa sufficiens, ut hanc licentiam concedere possit juxta tex. c. pro utilitate. 16. q. 1. non tamen tenetur Prælatus ex obligatione utilitati isti Ecclesiæ secularis providere, præsumtum ubi talis religiosus etiam suo Conventui foret utilis. Castrop. loc. cit.

Queres 59. Quot vota habere debeat Regularis, ut obtingat beneficium secularare, cuius provisio pendet à pluribus suffragatoribus, sive fiat per electionem, sive per postulationem, sive per presentationem, vel nominationem, aliquamque vocationem seu provisionem &c?

Respondeo: si est regularis, cujuscumque denum ordinis mendicantium, & beneficium Prælatura; secùs est, si beneficium est simplex v.g. Canoniciatus. Lamb. de jurep. l. 2. p. 1. q. 7. a. 20. Sanch. loc. cit. n. 50. quos citat & sequitur Castrop. loc. cit. §. 2. n. 2. uti &c. si est curatum absque jurisdictione; nimurum parochiale, quia hoc propriè non est Prælatura, & constitutio, de qua pauci post, penalitatis & exorbitantias à jure antiquo. Castrop. n. 9. citans Sanch. loc. cit. n. 56. contra Lamb. loc. cit. Franc. & Anch. in c. quorundam. de elect. in 6. Et extra administrationem proprii ordinis (probabilis enim, quoad non mendicantes exceptiunt Prælatura propriae Ordinis juxta Castrop. n. 6. contra Sanch. n. 49. & alios ab eo citatos) eget omnium eligentium votis; ita ut vel uno deficiente vel contradicente jus nullum illi acquiratur ad dictam Prælaturam, nequeatque ulla tenus consentire etiam accidente licentiæ proprii superioris regularis, etiam Generalis, fitque talis ejus vocatio omnius irrita. Si verò est religiosus non mendicans, cujuscumque demum Ordinis, requiritur & sufficit major pars eligentium; sic expressè statuit Bonifac. 8. & habet textus cit. c. quorundam. disparitatis hujus rationem hanc assignant Lamb. loc. cit. n. penult. Sanch. n. 44. apud Castrop. loc. cit. n. 1. quod mendicantes ob professionem excellentioris paupertatis & vita magis fugere de-

beant lites, & discordias, ambitionisque vias. Porro circa posterius observandum ex Castrop. n. 2. dum suffragatores jure Collegii, seu quatenus sunt pars Collegii, suffragantur, necessariò requiri maiorem partem votorum, quæ talis est respectu totius numeri acti eligentium, adeoque requiri, ut v. g. ex 10. votis datis habeat pro se adminimum 6. (non obstante textu requirente solum, ne à minori parte fiat electio, cum hoc ipso tacitè insinuet faciendam à majore parte. Castrop. ibid.) si verò suffragantur jure solum proprio, & singulari, sufficere habere absolutè maiorem partem votorum; hoc est plura præ aliis nominatis v. g. ex 10. habere solum 4. dum reliqua 6. divisa sunt; scilicet tria data trix, & alia tria Cajo, juxta c. quamnam. de jurepat. quod si tamen eriam in hoc casu, dum nimurum singuli suffragantur jure privato; à 4. v. g. tantum data fuissent vota pro uno, reliquis non pronuntiantibus suum votum, non dicitur electus à majore numero, forēque electio talis adhuc nulla. Castrop. ibid. citans Sanch. & Lamb.

Queres 60. An igitur regularis mendicans creatus Episcopus, si eidem conferatur alter Episcopatus, debeat iterum in hac secunda electione eligi in concordia, sufficiatque non mendicantem in hoc casu eligi à maiori tantum parte?

Respondeo: tametsi negativam probabilem reputet Castrop. n. 4. eò quod talis jam exceptus ab obligationibus Religionis, indueritque statum superiorum; textusque loqui videatur de solis religiosis indigentibus licentiæ religiosi Prælati, decretumque hoc insuper sit odiosum & restrictivum electionis à jure communi statuta. Affirmativam tamen putat probabilem, & in praxi tendam ob communem DD. sensum; & quia, et si ab oneribus Religionis talis sit exceptus, non tamen à substantialibus Religionis, quia verè religiosus est, citatque pro hac parte Gl. in cit. c. quorundam. V. religiosus. & Sanch. loc. cit. n. 28.

PARAGRAPHVS III.

De qualitatibus Beneficii manualis & perpetui &c.

Queres 61. Quid in jure sit, & significet manualitas, & unde insit beneficii?

1. **R**espondeo ad primum: manualitatem in jure nihil esse aliud, quam rei tanquam juris nostrri apprehendenda, abducendaque facultatem; argumento l. tertius. ff. de servis export. l. si hac lege. ff. de ius vocand. ut fuse Briffon, de verb. juris signif. apud Lott. l. 1. q. 33. n. 1.

2. Relpondeo ad secundum: hanc qualitatem beneficiis aliquibus inesse non à jure communi, sed contingibiliter, & quasi extrinsecus advenientem. Lott. ibid. n. 3. siquidem perpetuitas est alias qualitas propria beneficii. Castrop. de benef. d. 1. p. n. 4. Unde & in dubio beneficium presumitur non manuale. Castrop. loc. cit. nu. 16. exprimendaque est manualitas, & probanda ad evitandam subreptionem explicitè, si beneficium est secularis; si verò est regulare, sufficiet id fieri implicitè, narrando himirum